nus in carcerem detruſus:
iuſſu Ti. cę. ſtaphilinū pa-
ſtinacam erraticam plinius
uocat. plantentur etiaȝ
peregrinę herbę: quas hy-
bla ſiciliae monſ nutrit.
Sicani: ſiculi morgetes ſi-
ciliam habitauerunt: inde
dicta ſicania ſicilia: & a triā-
gulari forma trinacria.
Crocеę hyblę: a colorē flo-
rum: ideo in hoc monte a-
pes multa: unde mel hy-
bleum ut in himeto mōte
atticę: unde mel atticuȝ &
himetium. Sanſucuȝ in
cipro optimuȝ ſcorpioni-
bus inimicū ſuccus decor-
ti tormīa diſcutit. Diocleſ
hanc herbā amaracum ap-
pellat: Egyptus & ſyria ſanſucum ſurculo melius q̄ ſemine prouenit: Canopum ī egypto urbs
non longe ab alexandria: quod ferūt condidiſſe menelai aurigam canobum: inde mutata litte-
ra canopum ſalutaris aeris benignitate homīes allicit. Cyrene ſiue cyrenia uirgo fuit filia pe-
nei regis archadiae: quam rapuit apollo e monte pelio: & in affricam: quae uergit in egyptum
tranſtulit: ex qua filios ſuſcepit quattuor ariſteum nomium: anteum: & argeuȝ: ab hac urbs cy-
rene dicta: condit quam bathus cyrni filius teſſalus: herodotus uero dicit bathum miſcuiſſe
ſe cyreneis: bathus pater archeſilai: qui ex frixo uxore alium creat bathuȝ: bathum uero cyr-
ni filium non dicit herodotuſ: ſed polynneſti ex nympha ethearci regiſ filia eiecta in mare odio
nouercali: q̄ peruēit ad iſulā tereā: cuius erat rex polineſtus. Cyrnus: rex corſicę fuit q̄ cyrna
ab eo dicta fuit prius terāne noīata: qa terānei theſſalię hītauerīt: nūc loquit̄ de cynara filia regis
tracię ɔuerſa in florē lachrymādo: ut ex lachrymis helenae nata herba: quā appellāt heleniū.
Ordo ſic eſt: ponatur in hortis herba nata ex lachrymis cynarae: quae eſt imitata lachrymas
tuas o cyrenia ſiue cyrene. Murrha: ſiue mirrha filia fuit cynyrae regis cypri: & conuerſa in
herbam: Cyniras filius fuit paphi. qui urbem in cyprum condidit paphum: haec herba ab aliis
ut plinius ait ſmirita uocatur. Et eſt ſimilis cicutae: ſed floribus ac flore minor: cibo non in ſua-
uis cum uino menſtrua: & partus cit laudatiſſima ī acaia. Eacii flores: ex cruore cęſi aiacis ſta-
tim nata dicit̄ herba iacynthus: plinius ait: haec herba mulieribus medet̄. Eacii: iuppiter ex
aegina aſopi filia genuit Eacum eacus genuit peleum: thelamonem: phocum: thelamon a-
iacem. Eaci flores ab proauo eaco: Amaranthus nomine ipſo: nunquam marcescit: ideſt
ſemper niueus: ſed alia eſt herba: quae a nobis ſempruina dicitur: amarantho uero ſpica rubi-
cunda potiuſquam flos nullius odoris: Alexandrino palma datur: qui ſi in principio autunni de-
cerpatur: hiemales complet coronas.

Flagitat ecce ſuos genitrix mitiſſima foetus.
Et quos enixa eſt partus iam quærit alēdos.
Priuignasque rogat proles: date nūc ſua matri
Pignora: tēpus adeſt uiridi redimite parentem
Progenie: tu cinge comam. tu diſſere crines.
Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus:
Nunc capitis porri longo reſoluta capillo
Letetur: mollemq; ſinum ſtaphilinus inumbret.
Nūc & odoratae peregrino munere plantae
Sicaniis croceæ deſcendant montibus hyblæ.
Nata q̄ iam ueniant hilari ſanſuca canopo:
Et lachrymas imitata tuas cyrenia uirgo.
Sed melior ſtactis ponatur achaica myrrha:
Et male damnati moeſto qui ſanguine ſurgunt
Eacii flores immortaleſq; amaranthi.

Nunc ueniat: De lactucis incipit loq: quę adeo gratae: ut quosdam ciues lactucinos in ualeria gente ab se nominauerint: apud antiquos unum genus lactucarum fuit: quod a copia lactis appellauere lactucam: hoc pręcipue sōnum fuit. Quidam fecere tria genera unum angustis folus: alterum rotundi caulis. Tertium sessile laconicum uocant alii coloris & temporis & satus discreuere. Nigra ianuario situr. Alba Martio. Rubens Aprili. Est & purpurea lactuca: quā ceciliam uocāt: rotunda uero & latis folus ueneri refragat. Iideo eunuchum uocant. Omnis lactuca refrigeratiua ē natura ęstate. grata stomaco. hac cōseruatus fuit Diuus augustus ęgritudie: cōsilio & auctoritate ātonii musa mēdici lactuca fastidium aufert appetitum cit. Columella nunc hec genera facit & rubicundam & fuscam ceciliā uocat: pallida3 & spissis folus capadocam. Albicantibus folus tartessida: siue gaditanam puniceā3: & habundantis lactis paphiam hęc sola fuit apud antiquos Italos. Cecilia seritur Ianuario: capadoca februario: Tartessis Martio paphia aprili. Cecilia aciue cecilio dicta capadocia prouincia masia proxia bithinię. Tartessus urbs fuit In littore ꝓpe gades unde familia columella emanauit. loc9 hoc nomem accepit a tartaro: ut meminit strabo ꝓpter subterraneas illic cauernas Ex hoc homerus unum os inferni constituere uidetur Cypros insula in mari pāmphilio: ubi est urbs paphos dicata ueneri: & qua paulo ante diximus decimo qnto Kalendas februarii aquarius incipit exoriri decimo septimo Kalendas februarii ingreditur aquarium. Aquarius Ganymedes est: qui pocula diis ministrat: per hunc ianuarium intelligimus. primo āno quia ianuarius est principium anni. Lupercalia fiebant mense februarii. Sacra panis lycei arcadici. Lupercus dict9 a liceo: quia licos lupus est: uel aluendo: quia tunc luebatur idest purgabatur per caprum: Nudi enim sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem. & uerberabāt pregnantium manus mulierum: ut faciliores essent partus Zona ex corio capri: Mense ferali quia mense februarii fiebant parentalia. i. sacrificia inferis diis: quę feralia dicuntur sacrificia inferorum hinc dicitur mensis. Sabini dicunt februum. i. purgamentum: & februare purgare legitur in antiquitatum libris uel a februato die quo ciuitas luperci s lustrabatur: ut scribit Varro Martius a marte nomen habet. Aprilis a uenere quę paphia dicta est. Venus nata fuit a spuma

Et quos mille parit diues natura colores
Disponat plantis olitor quos semine seuit.
Nunc ueniat quamuis oculis inimica corambe:
Iamq; salutari properet lactuca sapor:
Tristia quæ releuat longi fastidia morbi.
Altera crebra uiret fusco nitet altera crine
Vtraq; cecilii de nomine dicta metelli:
Tertia quæ spisso sed puro uertice pallet.
Hæc sua cappadoce seruat cognomina gentis.
Et mea quam generāt tartessi littore gades.
Candida uibrato discrimine candida turso est
Cypros item paphio quam pingui nutrit in aruo
punicea depexa coma sed lactea cure est:
Quot facies totidem sunt tempora quamq; serendi:
Ceciliam primo deponit aquarius anno.
Capadocamq; premit ferali mense lupercus.
Tuq; tuis mauors tartessida pange kalēdis.
Tuq; suis paphiem iterum iam pange kalēdis:
Dum cupit & cupide querit se iungeř matri:
Et mater facili mollissia subiacet aruo.

maris: idest aphrodite. Sꝫ melius aprilis ab aperiendo. In genera nũc sunt: describit uernum tempus quod genitale animantibus herbis est & deos hoc etiam tempore coelum incipit luxuriari ac mare. pater ęquoreus: .i. oceanus cui uxor fuit Thethys. Regnator aquarũ Neptunnus: cuius uxor Amphitrite: quę diu reluctata est fugiens toros ut uirginitatem seruaret. tã dem Neptunuus delphinum misit: qui diu nauigando peruenit ad puellã: cui persuasit nnptias. Quare Neptũnus delphinum inter astra collocauit: & uere mare implet nymphis natantibus

Ingenera nũc sunt genitalia tempora mũdi:
Nunc amor ad coitus properat: nunc spiritus orbis
Bacchatur ueneri: stimulisqꝫ cupidinis actus
Ipse suas adamat partes & fœtibus implet.
Nunc pater equoreus: nũc & regnator aquarꝫ
Ille suam tethym: hic pellicit amphieritē:
Et iam ceruleos partus enixa marito
Vtraqꝫ nunc referat pontumqꝫ natantibus implet:
Maximus ipse deum posito iam fulmine fallax
Acrisoneos ueteres imitatur amores:
Inque sinus martis uiolento defluit imbre.
Nec genitrix nati nunc aspernatur amorem.
Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.
Hinc maria hinc montes hinc totus deniqꝫ mundus
Ver agit: hinc hominũ pecudum uolucrumqꝫ cupido:
Atque amor ignescit menti seuitque medullis:
Dum satiata uenus fœcũdos expleat artus.
Et generet uarias soboles: sẽperque frequentet
prole noua mundum: uacuo ne torpeat euo.
Sed quid ego inferno uolitare per æthera cursu
passus equos audax sublimi tramite raptos
Ista canat maiora deo quem delphica laurus
Impulit & rerum causas & sacra mouentem
Orgia natura secretaque fœdera cæli.
Extimulet uatem per didima castra cybeles
perque citheronem nyseia per iuga bacchi.
per sua parnassi per omissa silentia musis. uel amica

Iuppiter: ẽt suscitat amores in danaem filiam Acrisii qua potitus fuit in aurũ liquefactũ uersus. Acrisioneus: nomen declinatũ ab acrisiõe patronymicũ nomen ab acrisio. .i. danae filia Acrisii. Imbre. .i. auro liquefacto. Sꝫ quid ego dicit hec canẽda esse a poeta cui meta laurus frontẽ cĩgit. laurus dicata phoebo: uel quod fulmine non tangatur: uel ꝙ daphne prima amata a phoebo in laurũ sit mutata. Delphica: in phocide duę clare sũt urbes ubi oraculũ Apollinis pitthii & elatea opportuno sita loco. Orgia sacra bachi sunt mulieres faciebant. Corybantes in ida monte phrygiae Saltando et cantando sacra cybeles faciebant: & sacerdotes excisis testibus degebant

Iuppitẽ: ex electra genuit ĩ samothiace insula iasiũ dardanum & cybelem: quẽ sacrificii morẽ ut archigalli nunc faciũt Electra mater docuit. Iasius uxorẽ duxit Cybelem: ex qua suscepit Corybãtus edoctus a mr̃e in phrygiã ad patrẽ dardanum transit & in ida consedit multosqꝫ talia sacra edocuit. quos a nomine suo corybãtes appellauit. Dindimõ mõs in phrigia ĩ quo cybelis sacra fiebãt: & dicimus nũero pl'i didima. parnasus: mõs q phocidẽ fac̃ bipartitã incũbẽtẽ boetię. Sub parnaso habitauerũt hiãtes populi: ũde aquę parnasii fõtis. hiãtida dñr musis sacer: ĩ quo surgũt duo colles. Alter dicitur citheron phoebo. alter nisa baccho dicatus. In eo uallis pirene: ubi sũt silẽtia musarꝫ: hic sũt antra mãsiones poetarꝫ in qbus ignẽ pro fomẽto faciebãt: unδ a fumo pirene pallida fiebat: sic poetę pallidã pirenẽ dicũt. Et Nisa in aphrica urbs ubi natus bachus: q dionisius est dictus. .i. filius iouis & Nisę. Alia nisa urbs ẽ in prima idia: quã uictor indorꝫ bacchus ɔdidit: silẽtia qa nemus ingẽs illic ẽ:

Sub parnasso est fons castalius: & delphi liberum oppidum oraculo Apollinis insigne. Et alii hic uersus atticam fontes hyppocrene: & Aganippe. Et in atttca regione saltus citheron ostendit. Filię pieri regis certauerunt cum musis cantu. & cum essent uictę: ab eis musę uictrices nomē acceperũt & dictę pierides ut Ouidius indicat inde quęcunq3 musarum sunt piera dicuntur. pean dictus est phoebus. Delius: a delo ĩsula in mari aegeo: & ab eius mōte cyntho cynthius. In ea celebre templũ & larius fuit apolinis emaratu: a quo totius ĩsulę fama manabat. Aristoteles dicit insulam appellatã quia repēte apparuit

pierii nemoris bacchea uoce frementem
Delie te pean & te euie euie pean:
Me mea calliope cura leuiore uagantem
Iam reuocat: paruoque iubet decurrere gyro:
Et secum gracili connectere carmina filo.
Quæ canat inter opus musa modulante putator
pendulus arbustis olitor uiridantibus hortis.
Quare age quod sequitur paruo discrimine sulci
Spargantur cecis nasturtia dira colubris
Indomito male sana cibo: quas educat aluos
Et satureia thymi referens tymbræq3 saporem:
Et tenero cucumis fragilique cucurbita collo:
Hispida ponatur cinara quæ dulcis iaccho
potanti ueniat nec phoebo grata canenti:
Hæc modo purpureo surgit glomerata corimbo
Mirtiolo modo crine uiret deflexaque collo:
Nunc adoperta manet: nunc pinea uertice pingit: surgit
Nunc similis calatho spinisque minantibus horret:
pallida non nunq̃ tortos imitatur achantos:
Mox ubi sanguineis se floribus induit arbos
punica: quæ rutilo mitescit tegmine grani.
Tempus haris satio famosa que tunc coriandra
Nascuntur gracili melantia grata cumino:

.i. manifesto: quia manifestata fuit. Hic nati diana & Apollo. sępe numero cōcutitur. Alii ortygiã Alii cynetum: Alii asteriã Alii cinthiam dixerũt. multa de hac. M. uarro & mutianus & plynius: Incunabula uero strabo docet. Teium: urbs in paphlagonia ut Salustius scribit ĩ hac ortus fuit Anacreon ut pōponius meminit: & ouidius sic ait. Quid nisi cũ multo uenerem cōfundere uino precepit lirici teia musa senis In hac urbe templum fuit apollinis: unde Apollo teius dictus. Chios insula in mari pamphilio olĩ dicta ęthalia. Cleobolus chiã appellat a chione nympha Alii a Mnechlos albus est. Machareus lesbi rex primus coloniam in chiũ duxit: cui filiũ pręfecit In hac tēplũ apollinis: unđ chius apollo Nasturciũ: cenariũ in torsione appellatur serpentibus aduersatur & illis qui humiditate fere cęci erumpunt de terra. Coluber: serpens est. Satureia est male sana aluis quas aluos educat. Alii qui Satureiam tymbram dixerunt. unde Tymbreus apollo: similis est thimo falso. Aliqui ęxistimauerunt nō nasci nisi prope littus. usus eius si parcus prodest propter callidam naturam: si multus nocet. Raroq3 mensis apponitur. Cinara: gratũ holus est: & hoc sortitũ nomen ꝙ cineribus gaudet. Aliud. n. stercus nō cupit. potionibus grata: ideo uocē strangulat: quia corpus enerue reddit. hec ad similitudinẽ hederę corymbos nutrit. Reliqua eius natura carminibus facile colligitur. Hare nunc pro hareolis coriandrũ pręcipuum aegyptium est: serpentes fugat. Alii melantium dicunt git. Alii nigellam. Alii mel asperiō suauis odoris cibis gratum. Serpētũ ac scorpionũ plagis medetur: Bibitur & ꝯtra araneas. In nigrorē tēdit: iō dic̄ grata cumĩo.

Asparagi duo genera hortense & siluestre: sed incultum gratius est. Quod corrudam: alii li-bycam uocant. Asparagus dicitur non a græco: aut ab asperitate: ut scribit Varro; Sed ab caldã uoce: quę caulem significat: quia hęc herba semper crescit in caulem & uirgultum. Moloche ab aliis heliotropium dicitur solem semper sequitur: Alia est herba quę uocatur bionias pampinorum amoenitatem prępstat: ideo in fenestris apponimus luxurians semper: alligat que quicqd obuiam habet: quom dicit. Ceu litterra proxima primę. i. B. quę est proxima A. Mucrone: idest stilo. In cereis pugilaribus stilo scribimus.

Beta duplex nigra & candida: Iam uer purpureũ. Homerus tris celebrat flores: Lothũ. crocũ: & hiacĩthũ Lothus in phrygia laudatissima Crocum ĩ cilicia: hyacinthus in gręcia. Sabei populi in arabia felici sunt apud quos omne pecoris & odoꝶ genus est: ut balsamus. Casia: thus: mirrha cynamuꝫ. Aliud tamen habet infelicitatis serpentum . s. multitudinem colore rubicundo palmi lõgitudine q uulnus letale faciũt: eorũ metropolis ẽ saba. Nulla ẽ apud hos ambitio. Sabęuꝫ mare fere albo uidetur colore: Insulas habet felicissimas. pegasus equus natus e sanguine medusę: qui ungulis fontẽ fecit sub parnaso musis gratuꝫ: unð muse pegasides dicuntur.

Achelous: e pindo monte fluit ętholiam ab acarnania diuidens in forma hominis cuꝫ hęrcule pugnauit: inde in forma tauri: cui hęrcules alterum ex cornibus exemit: & ipse in fluuium mutatus est. Nymphę acheloides sunt comites musaruꝫ menalus mons archadię. Amphrisius fluuius thessalię iuxta locum hebidem: ad quem phoebus: ut ostendit Valerius Flaccus libro primo pauit armenta regis admeti. Dryades nymphę quercuum sunt. Napeę florum. Tẽpe silua in thessalia. Cyllene mons archadię: ubi enutritus Mercurius: Cyllenius dictus est: Lyceus mõs archadię ubi pan uenerabatur & unde luperci: & ubi nobile delubrum iouis lycei conspicitur. Halesus fluuius: & mons non longe ab aethna: ubi proserpina flores legit cum aliis uirginibus. prisco enim tempore tres deę sortitę erant insulam Minerua circa imeraꝫ habitabat.

Et baccha asparagi spinosa prosilit herba.
Et moloche prono sequitur quæ uertice solem:
Quæque tuas audax imitatur nysie uitis.
Nec metuit sentis nam ueprib us improba surgens
Achrados indomitasque bionias alligat alnos.
Nomine cum graio ceu littera proxima primæ
pingitur incera docti mucrone magistri.
Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu
Deprimitur folio uiridis pede candida beta:
Quin & odoratis messis iam floribus instat
Iam uer purpureum iam uersicoloribus anni
Fœtibus alma parens cingi sua tempora gaudet.
Iam phrigyæ lotꝫ gemantia lumina promant:
Et conniuentis oculos uiolaria soluunt:
Oscitat & leo & ingenuo confusa rubore
Virgineas adoperta genas rhosa prestat honores:
Celitibus templisque sabeum miscet odorem.
Nunc uos pegasidum comitis acheloidas oro
Menaleumque choros driadum nymphasqꝫ napeas
Quæ colitis nemus amphrisique & thessala tẽpe
Quæ iuga cyllenes & opaci rura lycei.
Antraque castaliis semper rorantia guttis
Et quæ sicanii flores legistis halesi.

Diana ſyracuſis: & in proxima īſula ortygia: ubi erumpit aretuſa fons ex alpheo. proſerpina flo
ridos campos iuxta ętnam. Eam raptam pluto curru uexit per meatus ſubterraneos iuxta ſyra-
cuſas: ubi fons nomine cyanes: Quare ſyracuſani ſingulis annis in eo loco ut ſcribit Diodorus li
bro undecimo proſerpinę ſacrificant. Aetna mons ſycilię uicinus uertice dicunt eſſe planitiem
cinericiam nulli peruiaꝫ: ut Strabo ait: & in medio cratherem profundiſſimum unde exhalat fu

Cum cereris proles ueſtris intenta choreis
Equoris ætnei uernātia lilia carpſit.
Raptaque lethei coniunx mox facta tyranni
Syderibus triſtes umbraſ et tartara cælo:
præpoſuit ditemque ioui lætumque ſaluti.
Et nnnc inferno potitur proſerpina regno.
Vos quoque iam poſito luctu mœſtoque timore
Huc facili greſſu teneras auertite plantas.
Tellurisque comas ſacris optate caniſtris:
Hic nullæ inſidiæ nymphis non ulla rapina:
Caſta fides nobis colitur ſanctique penates:
Omnia plena iocis ſecuro plena cachino:
plena mero letisque uirent conuiuia pratis.
Nunc uer eſt gelidum: nunc eſt molliſſimus annus:
Dum phœbus tener ac tenera decumbit in herba:
Gaudet & arguto fugientis gramine fontis.
Nec rigidos potare iuuat nec ſole tepenti:
Iamque dioneis redimitur floribus hortus.
Iam rhoſa niteſcit ſarrano clarior oſtro.
Nec tam nubifico borea latonia phœbe
purpureo radiat uult: unec ſyrius ardor
Sic micat: aut rutilus pyrous aut ore coruſco
Heſperus eoo remeat cum lucifer ortu.
Nec tam ſydereo fulget taumantias arcu:
Quam nitidis hilares collucent fœtibus horti.

mus & ignis: & exeſi pu
nices: Hinc credunt deie
ciſſe ſe Empedoclem Sed
qa ad hunc locuꝫ peruenīri n̄
poteſt ampliantes fabulaꝫ
ferreos calceos ēpedocli
prębuerunt. Loethe: flu
uius obliuionis in inferno:
unde loetheuſ tyrannus. i.
pluto uocat columella haſ
omnis nymphas: adquem
parauit hortum: ubi nullas
ineſſe frondes prędicat.
Iāqꝫ dioneis Dione ma
ter ueneris. Venꝰ dea hor
torum eſt. Rhoſa co-
lorem habet purpureum.
purpura: genus conchę
cuius ſanguine tingitur pan
nus eiuſdem nominis:
Sarni: genus ēt conchę: ſic
& oſtrea capiuntur Hęc
ad tyron & ſydona in mari
phoeniceo: & ex eoruꝫ ſan
guie tingebatur pānus: qui
ſenatuꝫ a plebe diuidebat.
purpurati erāt conſules
Triuuphanteſ uero purpu
rati auro intertecto. precio
ſa ueſtis oſtrum dicitur: &
ſarrana purpura tyria ſydo
nia phoenicia. & qa illic re
gnauit. Agenor pater cad
mi: ideo agenorea & cad
mea: Coccina uero dicitur
a cocco: cuius ſuccus pan
num tingebat. Vſus pur
purę romę fuit a principio:
quia Romulus primū: tuꝫ
alii reges trabea purpurea uſi ſunt: ut plynius indicat; Syrius ſtella ē in līgua caniſ lucidiſſīa py
rous lapis p̄cioſus a colorī ignito dc̄us. Heſperus filius aurorę fuit: cuiꝰ amorę pp pulcritudinē
mr̄ pdita fuit: poſtea ī ſilua ꝯflagrauit. Sꝫ diodorus dic̄ Heſperum fuiſſe filium Athlātis: & alcē
diſſe monteꝫ athlāteꝫ: neqꝫ āplius rediiſſe: ut cūqꝫ ſit īter ſtellas relatus: & lucifer etiam dicitur.

Iris filia thaumantis fuit:
qua usa est Iuno semper nũ
tia. Thaumantias patrony
micũ ẽ. Iubar lumẽ ẽ ut do
cet Varro: põit̃ sępe nũe-
ro ꝑ aurora. Hiberia hispa
nia a fluuio hibero: Inde hi
berũ mare hispãu; ĩ occidẽ
te ubi sol occidit efficitq; oc
casu mare rubicũdũ Balsa
mũ: non multum a narcisso
differt: eius satu terra sterile
scit. Balsamũ ut Cornelius
celsus ait est modica arbor
ut quisq; ramus intumuit: si
uim fieri adhibeas pauent
uenę fragmĩe lapidis aut te
stę apcriuntur: humor ĩ usu
medicantium est pręcipuuz
monte libano. Ex balsamo
magnum uectigal collige-
bant. Ideo plynius bellum
cuz hyerosolimis fuisse ꝑꝑ
balsamum scribit. Casia nõ
modo herba iucunda & o-
dorifera: sed ẽt ad meden-
duz necessaria peregrina ẽ.
Olim uero romanus ager si
nu suo nutriuit ut idem Co
lumella indicat. Vidimus ĩ
hortis nostris florentẽm ca
siaz. Venus ꝑest hortis.
Flori: floribus. Bac-
chus odoribus. portu-
nus: deus portus est. Aliter
palęmon dictus filius fu-
it Athamantis:. Geru-
lus a gerendo dictus rusti-
cus dicitur qui gerit fructus
& herbas. Chilyndrus:
ĩstrũm rusticanu; ad premẽ
dum solium terrę. Ocy
mum: non facile nunc co-
gnoscit̃. seritur septembri.
Transfertur martio: scorpi
ones creat ut plynius scri
bit in methaphysica si testę
per triduum supponitur.
pulex a nigrore puluis in
hortis sata rodit. Scribit
remedia ad euitanda anima
lia quę solent nasci in her-
bis: et ad euitãdos ibres &

Quare age uel iubare exorto iam nocte suprema:
Vel quom phœbus equos ĩ gurgite mersat ibero:
Sic ubi odoratas prætexit amaracus umbras.
Carpite narcissiq; comas sterilisq; balausi:
Et tunc ne coridonis opes despernat alexis:
Formoso nays puero formosior ipsa
Fer calathis uiolam: & nigro ꝑmixta ligustro
Balsama cum casia nectens croceosq; corimbos
Sparge mero bacchi: nam bacchus cõdit odores.
Et uos agrestes duro qui pollice mollis
Demetitis flores: cano iam uimine textum
Surpiculum ferrugineis cumulate hyacithis:
Iam rhosa distendat contorti stamima iunci
pressaq; flameola rumpatur fiscina calta.
Mercibus ut uernis diues portunus abundet:
Et titubante gradu multo madafectus iaccho
Ere sinus gerulus plenos grauis urbe reportet:
Sed quom in maturis flauebit messis aristis.
Atq; diem gemino titan extenderit astro:
Hauserit & terris lernei brachia cancri:
Allia cum coepis cereale papauer aneto
Iungite: dumq; uirent nexos deferte maniplos:
Et celebres fortis fortunæ dicite laudes:
Mercibus exactis hilarisq; recurrite in hortos:
Tum quoq; proscisso riguoq; inspersa nouali
Ocyma comprimite & grauibus densate chylidris
Exurat sata ne resoluti pulueris æstus:
paruulus aut pulex irrepens dente lacessat
Neu formica rapax populari seina possit:
Nec solum teneras audent erodere frondes
Implicitus conche limax hirsutaq; campe.
Sed quom iam ualido turgescit lurida caule
Brassica cumq; tument pallentia robora betae
Mercibus atq; olitor gaudet securus adultis
Et iam maturis querit supponere falcem:
Sæpe ferus duros iaculatur iuppiter ignes
Grandine dilapidans hominum boumq; labores:

Sæpe etiam grauidis irrorat pestifer undis:
Et quibus ĩfestæ baccho glaucisq; salictis
Nascuntur uolucres: serpitq; eruca per hortos
Q uos super ingrediens exurit fœmina uisu:
Q uæ capitis uiduata coma spoliataq; nudo
Vertice trunca iacent tristi consumpta ueneno.
Hæc ne ruricolæ paterentur monstra salutis
Ipsa nouas artes uaria experientia rerum
Et labor ostendit miseris usq; magister:
Tradidit agricolis uentos sedare furentis
Et tempestatem tuscis auertere sacris.
Hinc mala rubigo uiridis ne torreat herbas
Sanguine lactantis catuli placatur & extis:
Hinc caput arcadici nudum cute fertur aselli
Tirrhenus fixisse tages in limite ruris.
Vtq; iouis magni prohiberet fulgura tarchõ
Sæpe sua sedes percinxit uitibus albis:
Hinc amytaõius docuit quem plurima chiron:
Nocturnas crucibus uolucres suspẽdit: & altis
Culminibus uetuit feralia carmia flere.
Sed ne dira nouas segetes animalia carpant:
profuit interdum medicantem semina pingui
palladia sine fruge salis cõspergere amurca:
Innata ue æris nigra satiare fauilla
profuit & plantis latices infundere amaros:
Marrubii multoq; seri contingere succo.
At si nulla ualet medicia repellere pestem:
Dardaniæ ueniunt artes nudataq; plantas
Fœmina quæ iustis tum demum operata iuuenta
Legibus obsceno manat pudibunda cruore
Sed resoluta sinus resoluto mesta capillo
Ter circum areolas & sepem ducitur horti.
Q uæ quom lustrauit gradiens mirabile uisu.
Non aliter q̃ decussa pluit arbore nibus:
Vel teretis mali uel tecte cortice glandis
Voluitur ad terram distorto corpore campe
Sic quondam magicis sopitum cantibus anguem
Vellere phryxeo delapsum uidit iolchos.

gelicidia. Tuscis. sacris quia omnis uis aruspiciẹ & carminum a thuscis manauit. Hinc mala rubigo. rubigalia sacra instituta erãt ne rubigo strangularet. In rubigalibus mactabatur catulus tractus ab uberibus canis. plinius libro. xxix. mares catuli placandis numinibus bestiarum uice tenentur: ergo non soluʒ hortorum pestes: sed etiam numinuʒ iras catulis euitamus.

Ages. aruspex fuit ethruscus Tyrrhenia. ethruria dicitur. Tarchon: ethruscorum opulentissimus fuit: & aruspex optimus Amythaon. pater melampodis medici. unde Amythaonius melãpus dictus. Hũc edocuit chiron filius saturni: & philarẹ filiẹ oceani

palladia amurca. pallas ut dixi oleam inuenit. unde fit oleum. Et olei stercus ẽ amurca phryges inuenerunt mulierem emittentem mẽstruali morbo sanguĩem debere circundare hortos. plynius sic ait: negat Apollo pestem posse crescere. Q uam nuda uirgo restrĩgit Iolcos. uulgata urbs ẽ ĩ thessalia: & patria iasonis qui phrixeum raptũ ex colchis ĩ patriam contulit cũ dracone sopito magica ĩcãtatõe ope et auxilio medeẹ Medea filia oetẹ fuit et echates

soror cyrces magica quę draconem custodientez uellus aureū sopiuit: & argonautis tradidit post necatos filios ad aegeum athenarum regem iuit. Inde in mediam: hinc pulsa tandem in italiam uenit: & consedit in regionę marsorum: ubi magicam artem: & sopire serpentes docuit: Alii dicunt draconem fuisse interemptuz ab argonautis ualerius flaccus hanc materiam nobili & heroico carmine pluribus libris aperit. Eruca salax. i. Libidinosa Lapatum alii dixere rumicē & eius generis siluestrem oscalidon dicunt. Aliqui osilapaton. Aliqui hidrolapaton: & hippolapaton. Vis lapati ē cieŕ urinam. & large sumptum uētrem soluit caliginem oculorum discutit. Scila nobilissima ē e generibus bulborū eius duo genera: masculum albis foliis femina nigris. Additur tertium genus cibis gratum. Epimenidon uocant angustiore & minus aspero folio. Ruscus est ubi includitur semen asparagi. Asparagus semper crescit in tyrsum: ideo dicit tyrsuto rusco. Corruda genus est asparagi. Tamus herba ē minutis foliis. Andrachia herba quę solet in nasci montibus. Antes sulci sūt & in uineis & in agris & i hortis phasel9 & phaseolus dicitur: si fuerit ppi or a triplici: atriplicem necat. Atriplex genus est oleris: quod rustici spinacium uocant. Sed spinaciuz proprię non est a quo lōge nascitur differt. phaselus siliqū habet oblongā. dicit̄ autez phasel9 a phaseolo insula maris ęgei pxima olympo und id legumen ad nos manauit. Lat̄e Columella se ipsum declarat ad finem pximi uoluminis: cuz loqui t̄ de cucumere ac cucurbita, pix laudatissima in naritia insula maris Ionij: Himet9 mons in attica regione ut dixi ubi multae apes. Hamula uas est apud apitiū sic lagena. De cane origaneo iā dixi. Hiperion solis pater: sol hiperionis.

Arboreos aperit foetus: ubi herbas descripsit.

Sed iam protocomos tempus decidere caules:
Et tartesiacos paphiosque reuellere tursos:
Atque apio fasces & secto cingere porro.
Iamque eruca salax fœcundo prouenit horto:
Lubrica iam lapathos iam thamis sponte uirescunt:
Et scyla tyrsuto sæpe nunc horrida rusco
prodit & asparagi corruda simillima filo:
Humidaque andrachne sitientes protegit antes.
Et grauis atriplici consurgit longa phaselus.
Tu modo dependens ricini modo more chylindri
Sole sub aestiuo gelidas per graminis ūbras
Intortus cucumis pregnansque cucurbita serpit.
Vna neque est illis facies nam si tibi cordi
Longior est gracili capitis quae uertice pende
Et tenui collo semen lege siue globosi
Corporis atque utero nimiū quae uasta tumescit.
Ventre leges medio sobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis aut actei mellis hymeti
Aut habilem lymphis hamulam baccho ue lagenā
Tum pueros eadem fluuiis innare docebit.
Liuidus at cucumis grauida qui nascitur aluo.
Hirtus & ut coluber nodoso gramine tectus
Ventre cubat flexo semper collectus in orbem
Noxius exacuit morbos æstatis iniquæ.
Foetidus hic succo pingui quoque semine fartus
At qui sub trichila manantem repit ad undam
Labentemque sequens nimio tenuatur amore
Candidus effetæ tremebūdior ubere porcæ
Mollior infuso calathis modo lacte gelato
Dulcis erit: riguoque madescit luteus aruo:
Et feret auxilium quondam mortalibus egris
Quom canis origones flagrans hyperionis æstu
Arboreos aperit fœtus: cumulataque moris

Incipit de arboribus & in cipit a moris: Mora in ęgypto & cypro abundantis succi sũt. Trinus eis color primũ albescunt inde rubescunt: post nigrescunt. primũ alba fuisse scribunt fabulę: colorem mutauerunt ex cruore Thysbes. prunoꝝ genera nigra & candida: & quę cum frugibus maturescunt ordacea. Asinina nigra sunt & a uilitate dicta cerma a purpurea laudatiora ab externa gente armenię suauissimi odoris. Solent & pruna adoptiua esse: & quę malis inseruntur: ut in bętica regione malura dicuntur: Quę nucibus nucipruna: q̄ amigdalis amigdalina. Adduntur

Candida sanguineo manat fiscella cruore.
Tunc precox bifera descendit ab arbore ficus:
Armeniisque & cereolis prunisque damasci
Stipantur calathi: & pomis quæ barbara persis
Miserat: ut fama est patriis armata uenenis.
Ac nunc expositi paruo discrimine læti
Ambrosios prebent succos oblita nocendi
Quin etiam eiusdem gentis denomine dicta
Exiguo properant mitescere persica malo.
Tempestiua madent quæ maxima gallia donat
Frigoribus pigro ueniunt asiatica fœtu.
At grauis arcturi sub sydere parturit arbos
Linia calchidicis & caunis æmula chiis.
purpureaeque chelidoniae pinguesque mariscae:
Et callistrutiis rhoseo quæ semine ridet.
Albaque quæ seruat flauae cognomina cerae.
Scissa lybisca simul picto quoque lydia tergo.

& in totum peregrina quę a ciuitate syrię damasco damascena nuncupantur. Sũt & euliclina & siluestria. De prunis nulla mentio est apd̄ Catonem: quo magis miratur plinius cum ante urbem conditam latinus ager hac arbore abundaret. Alii dicunt coepisse post Catonē persica tota asię fuerunt. & a perside translata. unde & nomen habent: & cum difficultate primum transiere. Nunc sponte proueniunt ĩ rbodo translata ab egypto persici minime fruticant fabula esse uidet̃ ꝙ ueneata sint. & cum cruciatu apud persas gingi: a Syroque persarum rege proueneno in egyptuꝫ translata: Ibiq́ꝫ terra mitigata tradunt. parteꝫ ęgypti falso testantur hoc pomo Cyrum necare uoluisse: utcunque tamen est ut iuuat non ut peregrinis sed ut patriis uti. In italia gallica quę duracina dicuntur. Et quae tarde ueniunt asiatica sunt & pręcocia: & per adoptionem ducta: nuc ipersica linia odoratiora & sapidiora cęteris sub arcturo maturescunt. Arcturus exoritur nonis septembris. Sunt & morina quę intus moris colore similia: nullius pene odris ac saporis cortice piloso: & per adoptionem facta Alia persicus est quę ad nos nunquam peruenit myrtis rubentibus similis sata in memphi a perso Alexandri macedonis attauo. Vnde illi nomen: qua ex re alexander triumphans ex ęgypto folia huius persici in coronam uictorię sibi instituit: ut plinius refert. In zona artophilacis fulget stella una: quę arcturus dicitur. Euboia in mari ęgeo auulsa boetię fuit: ubi regnauit Lycaon: qui ob mactatos hostes in lupum uersus est. Insignis montibus duobus Gerasto uergente in aphricaꝫ & caphareo in hellespontum. Hic est urbs calchis. In hac & Inchio insula de qua diximus nascũtur artificio harum dies: a quibus exprimitur mel: quod postea decoctione siccatum fit concretum & in Sacharon transit. Ficorum genera hęc quę italia recepit. Ficus lydia: quae purpurea: cui similis mamillana: callistrutia sapore potentior: sed frigidissima omnium. Aphricana praefertur cunctis suauitate: quae a multis Lybisca nominatur ex praecocibus Tyburtine.

Sunt & ab auctoribus nominatę liuia pompeia quę commode ſiccātur ad annuos uſus. Marſica inflatior eſt: & tumidior. Nigra est quę taterina ſiuę rodia dicitur in byeme maturatur chelidonia a chelidoniiſ populis in britania nominata: eſt & ſerotina duri corticis. Eſt et pręcox ſiue alba ſiue nigra bifera eſt ſcilicet meſſe & uindemie. Fici ſeruntur autunno ut melius prouemant poſt uulcanalia nubibus pluuiam ſpondentibus. Tardipes: uulcanus appellaṫ. ſcilicet claudus qa Iuppiter ira motus cęleſtes e celo. Expulit: Et iunonem uinculis alligauit In olimpo: uulcanus uoluit matri uincula ſoluer̄ Iuppiter iratus filiuꝫ e cęlo in lēnō deiecit ille pręceps ruit & coſtam ſibi fręgit. ut ualerius flaccuſ libro ſo docet Amiturni: populi fuere In ſabinia primi & nobiliorel. Silius hinc amiturna choors. Bunias patronomicum nomen a fonte bunio: qui eſt in agro amiteruino ſic & bunias ficus & nurſina ſupradicto ſerūtur tempore. Nomina bacchi euchios: bonus filius cum a patre quereret menalius amenalio mōte acrchadię liçus .i. ſoluo. Nā uinum mentē ſoluit lęneus q ē torcular bromuis a ſonitu Nictilius a nocte quia bachanalia noctu fiebant. Dioniſius quia filius Iouiſ & Nyſę. Nyſa urbs ē ī egypto ut diximuſ in qua natus bachus. Aſcra oppiduꝫ & uicus in boetia pr̄ia heſiodi poetae qui uerſus de ruſticatione compoſuit. Et paucos heſiodus aſcreus dicit ut Virgilius idem de ſe ait Aſcreumq; cano Romana per oppida carmen.

Q nin & tardipedi ſacris iam rite ſolutis
Nube noua ſeritur cæli pendentibus undis
Congilis illuſtri mittit quā nurſia campo.
Q uæq; amiturninis defertur bunias aruis:
Sed iam maturis nos flagitat anxiusuuis
Euchius: excultosq; iubet claudamus ut hottos
Claudimus: imperioq; tuo paremus agreſtes.
A c metimus leti tua munera dulcis iacche
Inter laſciuos ſatyros: panasq; biformes
Brachia iactantes uetulo marcentia uino:
Et te menalium te bacchum teq; lyeum.
Leneumq; patrem canimus ſub tecta uocantes
Ferueat ut lacus ac muſto cōpleta falerno:
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Hactenus agrorum cultus ſiluine docebam
Syderei Vatis referens præcepta Maronis.
Q ui primus ueteres auſus recludere fontis
Aſcreum cecinit romana per oppida carmen.

.D. .FINIS. .S.



Marcus Antonius Alterius Ad Romulū Quirinum.

Marcus Alterius

Sepultum tibi siluium quirine
Et flaccum tineis satis peresum
In lucem iliadas auos secutum
Reduxit patriæ decus camenæ
Pomponi studiumq; corq; mensq;
Aphros quo Scipio tulit triunphos.
Et colchis gracili refertus auro
Iolchon repetit micans Iason.
Et te nunc Columella diues horti
Romanæ celebrem facit iuuentæ
Quare dat latiis situ colonis
Exutos Iuniosq; sarsenasq;
Varronem patriæ togæ magistrum
Et chartas rigidi senis Catonis
Celsum Virgilium tremellumq;
Et doctis duo Iulios libellis:
Qui nomen tulit arboris stolonem
Da ergo Romule si quid hic meretur
Nos putres cariæ nihil ualemus
Cum tonsæ capitolium corollæ
Excussis uiolis premant rhosisq;.

18

